

Virgil. fanos, ut illud Virgilij, v. 22. Priami dum regna manebant: scilicet, persistebant, vel subsistebant. Ius ergo dominij in res, Ethnici vel Synonymia, vel Palilogia, aut plerumque Pleonasmus graphicè expriment. Plin. lib. 1. Epist. 16. in fit: Tenet, habet, possidetque, Virgil. 10. Aeneid. v. 500. Gaudetque potitur. Sophocl. Oedip. in Colon. v. 1084. Habens habet. Homeri. 17. Odyss. v. 81. Ipsum habentem te volo frui. Ita ergo ager priusquam additus voto, tibi manebat, ac similiter manebat pretium, nisi voti scilicet; quippe tunc penes te plenum ius totamque dominium: hinc additur iure: In tua eras potestate: igitur illo uti quibus ad libitum possessivo iure; & si placebat, quoniam tuum, poterat abdicate, aut alienare cum dominij transferentia: at verò quum nihil te proprij habiturum vovisti; aliquid retinens, non solum mentitus es hominibus, sed etiam Deo. Haud reddidisti votum, & deliquisti.

Matata voluntas. Falsi crimen habet: cumque est iam cautio voti, Stare decet, nec velle prius violare sequenti. Ius proprium retinere magis, quam demere fas est.

Ita Arator lib. 11. in Act. Apostol. v. 426. Habes aliquid, sed non iure. Spontè vovisti; nemo te coëgit. Ante votum, retinere quibus & tenere: post os apertum, id est promissionem, sine iure vivis. Si aliquid habes, non tuum: iustum est, quia invito Domino. Scire enim debemus, & nequaquam ignorare, quacumque promittimus, non ea deinde nostra esse, sed Dei: ait Atanas. de Passion. & Cruc. Domin. Testis fidelis non mentitur: ratum debet esse ius iurandum, quod verbis conceptis iurasti. Qui usum rei alienius, concessum à superiore, supposito voto paupertatis habent; ranguam non habentes sunt; etenim nullum illis vel in usu dominium. Tu autem ante votum habens agrum habebas potestativè & quoad usum, & quoad proprietatem. Sic manens manebat ex iure: falsò vovisti, dum tutela voti statuit, quòd sine iure non manendo maneret. Vel ex pone geminationem in duplicem agrum statuit: scilicet manente agro, vel manente pretio. Quocumque modo maneret, tibi manebat. Omnino tuum erat, & penitus, nonnunquam; participio exposito per adverbium. Sic status agrj manentis; & tibi nocet, quoniam adhuc post alienationem manet. Votum patet falsum, aut fictum: quandoquidem post votum, tibi nec ager debet manere, nec pretium. Canit quòd supra Aratus v. 392.

Non prodige rerum. Venditor ista facis, sed qui tua iura tenere Ambitiosè cupis. Quid enim substantia prodest, Quæ servata perit?

Sine iure non est ius. Aliè circa presentem articulum, quæ ab AA. excitantur quasi rationes, extra nostrum sanè institutum & propositam.

39 Tautologia principalis verònes variæ. Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte. Pagnin. & Caietan. Lactavit, donec ablactaret eum. Maluend. Sogere fecit filium suum usque ad retribuere eam eum. Augustin. Fuit apud matrem tempore lactis. Philo Bibl. Lactavit infantem, quousque fieret duorum annorum. Hayc. Lactavit, habens secum triennio. Ita plures. Modò ad mores.

ADINATON EXEGETICUM.

1 Lactavit mater Samuëlis filium suum donec amoveret eum à lacte. Maria Virgo filium suum lactavit, quin ab ubere amoveret: etenim cum Christo vulnera suavissima lenocinia, quia amoris nota; quousque tempus veniret passionis crucis, Virgo filium lactavit vulnerè circumfisionis. 2 Lactavit, donec amoveret eum à lacte. Tunc mater dicavit ex corde Domino: excellentior virtus elucet in Benedicto: igitur Deo devovetur, priusquam sit, non à matre, sed à se, & insuper ut ruti-

let singulariter virtus, Dei est antequàm lactatus. 3 Lactavit, donec amoveret eum à lacte. Cælum homines quasi ad ubera lactat, sed superiora demonstrat, ad quæ nemo scanderet, nisi cælum à lactatione repelleret: & quos spe felicitatis lactavit, persecutionibus ab uberibus removet ut degustent dulcedinem, propter illud patientes persecutionem: equidem amplior in usum dulcedo, ubi vehementior in laborem perfectio. 4 Lactavit, donec, &c. Secus in Monachis

Virgil. Manisio fig. nat. rei p. cificam possionem.

Arator.

Atanas.

Quid sit manere manendo.

Arator.

Varietas le. tionum.

chis imperfectis, qui habitu censentur Monachi, estò ab instituto perfectionis separati: siquidem cum in virtu-

tis habitu solum formentur virtute, Monachi erunt, quandiu fuerint Monachi.

DIDASCALIA I.

Amor Christi vicit tempus, à tempore victus:

NIL satis festinatur amanti. Omnia sperat, omnia sublinet robore valido amoris, præter intervalla temporis: etenim fulminantem è pectore flammam, fallit volatilis ætas. At quid amans, ut fallat ætatem? Arctatur tempore, & ut dirumpat vincula, acui in morulas ingeniosus arma. Fortior est tamen his imperiosus amor? Nullatenus: flagrat de tempore quæritulus, quippe temporis velocitas amori pondus. Haud cadit tempore flammæ fervor, sed

Nil satis festinatur amanti.

Strozius. Strad.

Amor impatiens est.

Ovid.

1. Reg. 1. 23

Lev. 22. 27. Christi in cordis demonstrationem volat.

ab ubere effunditur. Vix oritur, & iam patitur. In sinu Auroræ matris vix Sol emittit humanitatis fulgorem, & tantum actutum splendoris sustinet pupus Eclipsim. Non sufficit sanguis cordis teucellilachrymis, quin sanguis etiam effundatur è venis? Flos nascitur, & cito decerpitur, ubi acumine filicis excitatur flamma cordis, ut corda hominum possit studio ac dispendio trahere, in temporis motu sine temporis obice: etenim pernicio amore contereit vincula ætatis; quippe Sol non tantum nascitur, sed Sol ad pennas in pennis. Agit & agit, etsi à tempore lege indicata detinetur. Motus accelerat, supervolat; quia tempus haudquaquam numerus in motu Solis, sed Sol est mensura temporis. Modò serio, quòd alibi prælavimus quasi per indicem.

Malach. 4. 4

3 Pictus Amor olim habitu agricolæ cum falce & hoccine lemmate: Impatiens omnia simul: Paracellum videris, & Picinell. M. Symbol. lib. 24. n. 37. Quod sinistra in tertia seminabat, altera manu seipicula metebat. Haud videtur mysterij circumfisionis hieroglyphicum, sed speculum. Christus, amor cordium nascitur nobis habitu rustico humani quasi generis, exercetque quamprimùm acumen falcis. Siccat? Seminatur, & metit? Ratione temporis adhuc in herba mæsis. Dies à nativitate duntaxat signantur octo. Uti que, sed impatiens omnia simul. Scilicet in nobis rerum natura vocata est, Cumque meis curis omnia longa facit.

Paracellus. Amor cum falce quare?

Ovid.

Num. 17. 8. 10.

2 De genitrice Samuelis dicitur, Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte. Maria Virgo mater Christi, filium lactavit, quin ab ubere amoveret: igitur cum filio suavissima lenocinia vulnera, quæ amoris nota; quousque tempus veniret passionis crucis, Virgo lactavit filium vulnerè circumfisionis. De victimis statuitur à Deo. Septem diebus erunt sub ubere matris sue, die autem octavo deinceps offerri poterunt Domino. Idem, Exod. 22. 30. En sacrificium Virginis, expressioque maxime charitatis Dei infantis: igitur nascitur, & eius sanguis vel

In Circumfisione Christi flores 18. parisi & fructus amoris.

horto, florem tenerimam delicatissimam
etatis, falce secuit in fructum proposita
redemptionis.

4 *Flores apparuerunt in terra nostra,*
Cant. 2. 12. *tempus putationis advenit. O infelicitas*
florum! Vix vix iam patent vulnere? Ubi
venustatis speciositas, infidiatur infelicitas.
Quicquid in hyacintho, totum splendidi-
dum; sed *si ai flos habet scriptum.* Ducit
ur funesta litera, dum praestat pulcher-
rina forma. Apparet pulcher, verum, ut
hic canit Mariana,

Marian. *Splendidus & viridis falce putatur ager.*
Hocce testimonium accipitur à Bernar-
do, ferm. 1 in *Vigil. nativitat.* de ortu Sal-
vatoris, igitur, est Sol, patuit tunc vir-
gam floruisse lesse. Vere claruit Nazare-
nus, qui nova è virgine nativitate, totus
amencus & floridus; unde divina fa-
vente gratià flores apparuerunt in terra.
Profecto, sed unde falsis putatio, qua
crudeliter delibetur rosca pulchritudo,
vix nato puero è genitrice virgine? Ex
circuncisionis lege. Quare Iuven. lib. 1.
Evangel. histor. v. 208. succinit:

Iuven. *Viderat octavam lucem puer, ecce recidi*
Ad morem legis, nomenque aptare, necesse
est.

Iam lex putationis urget, & flos luci vix
apparet? Iam rubicundus, qui florebat
candidus?

Virg. *O dolor atque decus magnum rediture*
parentil
Hec te prima dies bello dedit.

Flores, & recideris? Appares, & vulnera-
ris? Seminas celestis mirificè agricola, &
metis? Impatiens omnia simul, ut facietur
amor.

Idem. *Nec semine iactò*
Còcretam patitur radicem affigere terræ.
Non ubique, non in qualibet usvenit
terra, sed in *terra nostra*: scilicet, in
terra impatientis amoris, pectore infan-
tis: siquidem vulnere ac sanguine red-
emptionis humanae fatagit fructus, si-
mulatque flos Virginis in terra forticus
ortus. Omnia tempus habent, quæ tem-
pora secularia; in omni autem tempo-
re (uti tempore opportuno) quæ cogit
obsequiosè cordis dilectio. Non est
tempus & tempus pectori efflicim amanti,
ad ortum atque putationem flosculi.
Christus flos oritur, & post dies octo,
quæ apparuit, circunciditur. Amore
simul ac silice vulneratur. Prius flo-
ruerit vulneratus amore: nec placeret im-
patienti, ni quem disiangit successivè
tempus, illud ultra & nascenti pateret

quàm fe-
rax terra
amoris

triumphus. Spes in flore præmittitur, ut
dato tempore fructus è flore nato nascatur.
Spes, qua fructus differtur, agravat
animum concupiscentem avidissimè fru-
ctum: Christusque vixim nascitur, cir-
cunciditur (omnia simul coniungens, uti
charitate impatiens) cuius signum ad fru-
ctum & florem fals; ut gratias homo reci-
piat ab infante, & ultra spem.

5 Sic igitur exponitur amoris ac vul-
neris tractus. *Postquam consummati sunt*
dies octo, ut circuncideretur puer. Dies
circuncisionis in vulnus præ se fertur; &
erat, quia dies non erat, vulneratus ante
diem. *Postquam* vulneratus, aliud ingruit
vulnus; quippe non ita, præut concupi-
verat faucibus: igitur cordi maiora vulne-
ra, quia vulnera non maiora. Hæc enim
erunt Didascaliz scopus, dum ab amo-
re victum, vindus est amor per tempus.
Certamen temporis & amoris novissi-
mum videbimus, *Tautolog. 10. Didasc. 6.*
à num. 13. primum ergo contemplerur.
Igitur hic quoad aspectum victus amor:
ibi verò uti invincibilis, victor. Commi-
niscitur Otho Vænius, *Amor. Emblem.*
119. tempus alas persecuisse amoris.

Tempus edax veru pennis decurrit amoris.
Hoc accidisse amoris descendenti è celo
(ut conversaretur cum hominibus in mun-
do, assumeretque quoties vincere valeret,
& cogitata perficeret) autumavit Aristoph.
quem videris apud Natalem Comit. lib. 8.
Mitolog. cap. 24. sic tractum concin-
nens:

Amoris alas ceciderunt Dei,
Volare ne valeret: at Dij
Alas dedere quas habebat, posse ut
Exuvias referre visor ex hostibus.

Decus patet in falsis, amore valido inter
temporis compedes; quo intuitu, ferm.
162. à Chryologo Christus dicitur *Ver-*
nula temporis. Apte, suspendit volatum
amoris momentorum vinculis, maxime
in vulnere patrandæ circuncisionis; in
cuius articulo dolor maior à tempore,
quàm à vulnere: vernulæque Christus si-
gnatur perproprie temporum; quoniam
illorum sustinuit tyrannidem ut manci-
pium.

6 Intende. *Postquam consummati*
sunt dies, in die circuncisionis dicitur
ab Evangelista. *Postquam?* Uti que non
tempori, sed amoris: etenim ut clareat
flamma per vulnera, vel in tempore op-
portuno videntur tranfacta tempora.
Postquam? Etiam: octavo die pretiosam
amoris strenam, guttis cruoris collaturus

Christus cur
vix natus,
circuncisus

Luc. 2.
Quare prius
vulneratus
amore, &
post ex vul-
neris vulne-
ra.

Oth. Væni-
Amor sicut
alis.

Aristoph.

Chrysol.
Christus cur
vernula tem-
poris?

gra:

gratiam! dicitque in ipso articulo *Post-*
quam? igitur generoso pectori in homi-
num beneficium, longum habetur vel
brevisimum tempus. Gratia antevertit,
ut grata sit, voluntatem accipientis &
curium velocitatis: *Postquam* dicitur,
ut favor tempellivè, quasi respectu amoris
veniret tardè. *Postquam,* quasi importuna
opportunitas? Næ, quia non tempore
menlaturat charitas: dicitque *Postquam*
temporis opportunitatem, ut in fidem
cordis excluderet (& par erat) temporis
jurisdictionem. Ignis amoris præ tempore,
viget velocior activitate. Favere homini-
bus intendit infantis amor, ut vel lacteo
sanguine clareat illorum Redemptor: in
demonstrationemque excessus signatur
Post, quando opportunum est nunc; quippe
ubi ante tempus charitas non confert
gratiam, amanti ardentius nonnunquam
videtur *Postquam.* Denique, Circuncisio
facta tempore quo decreta circuncisio:
non postquam consummati, sed cum
complementur dies octo. *Postquam* signat
vel illatum iam vulnus, vel ultra tempus.
Neutrum sanè, & verum utrumque, si ac-
cipitur ictus à tempore & non à corporis
vulnere: *Postquam*que notatur, quasi vul-
nus accepisset, quod tempus vetuit; quia
sub tyrannide temporis, vulnus accepit
dilationem vulneris.

Gratia
tunc
quare gra-
tior, & ac-
ceptionis

Luc. 22. 44.
Sanguineus
sudor index
extremi an-
gerii.

Luc. 22. 44.
Sanguineus
sudor index
extremi an-
gerii.

Luc. 22. 44.
Sanguineus
sudor index
extremi an-
gerii.

rio desiderabat pati, atque cupiebat perfici-
cere. Unde ille dixerat: *Quomodo coar-*
tor usque dum periciatur. Quoque in
herto sudor eius purpureus, latebat an-
goris modus. Quiescat ergo desiderium,
igitur mors eius vicina in crastinum. Hinc
acrior pœna, quia in crastinum mors futu-
ra: erupitque dolor in sudorem san-
guineum, ex apprehenso nocumento di-
lationis pœnarum. Quiesceret, si morte
redemptionem perficeret. Amor deside-
rijs stimulus inflabat: tempus votum
suis morulis impediabat. Arctabatur per-
ficere, obice tempore. Quò passio vicinior,
impatientior amor: quare cum ex
violenia tyrannidis temporis, magis ex-
citetur in optata motus cordis; propter
mortis viciniam a tempore suspensionem, in
angore guttatim elicit sanguinem. Hy-
dropis pœnarum, in redemptionem sata-
gebat dolorum. Suspendebatur tempore,
quod gratius cordi. Non à vulneribus
acerbitas cruciaminis, sed vulnera ab ho-
ris, ut veniret hora eius, in qua mundus
esset salvus: sudatque sanguinem, non pro-
ximam, sed viciniam prospiciens mor-
tem; quippe fortior dolor dilationis tem-
poris, quam ex vulnere diro tempore
mortis. Activitatem cruciaminis interni
corpus præ se tulit in sanguine sudore,
ex certamine proximæ mortis, & tem-
poris suspendenti. Prius vel sedens fati-
gatus in propositum sudabat, sed à longè
conatus perfectionem suspiciebat. Modò
vicinam videt mortem; & quia crastina,
decertat usque ad sanguinem, quin in
amore flagrantiore mirum, huiusmodi ha-
bere in perfectionem processum: igitur si
motus in sine propter finem velocior; su-
danti primum congruebat sanguineus sudor.
In quæ tempus amantem non redigit?
Præcordia torquet, & ita ingeniosè pœnâ,
ut facilius tolerentur pœnæ cruciatus,
quàm torquens futurum tempus.

Cap. 10. 50.

Quò more
vicinior im-
patientior
Redemptio-
ris amor.

8 Magni animi est tormenta ferre,
maioris, perferre; maximo, obviare. Unde
Seneca, *Epist. 24. Acrior* (inquit) *ad oc-*
cupanda pericula virtus, quam crudelitas
ad irroganda. Invenus est (subdit *Epist.*
76.) cuius risum non interrumpere tor-
tor, qui morti intrepidus occurreret. Amor
pericula deposcit. Ilustre Protefilai enco-
mium, scire, primum in terram hostilem
desilientem, mortem oppetere; atque pri-
mum desilire. Hinc Aufonius *Epigram.*
19. canit:

Protefilai, tibi nomen sic fata dederunt:
Victima quòd Troia prima futurus eras.

Aufon.

G g Eful-

Effulsi excellentiū Assertoris N. admirabilis virtus, ut aliteret milicia fortitudine, quod Stoici duntaxat loquacitate, Appropinquante militum cohorte, perido discipulo turbā dūce: *Iesus itaque sciens omnia, quae ventura erant super se processit.* Processit? Et in vulnera? & in mortem? Ita quidem: reuult temporis cruciamen. Amor sollicitat pro hominibus pati & mori: vota praepediuntur tempore, quippe nullus corpori sacro cruciatus, quousque veniat hora eius. Amor in vulnera urgebat, tempus amorem cruciabat: intensior dolor à tempore, quam à vulnere: unde dum illud sustinet, vel sciens quae super se ventura, processit; quippe cum graviora tyrannice tempora, in refrigerium vulnerum quaerit vulnera. *Sciens ventura, processit.* O tempus! Quo pervenies, iaculum animae, spinaque cordis? Crucias, penaeque geminas. Agitatur pectus aituans salvatoris inter duplicem passionem, temporis, nimirum, & crucis: & inter temporis expectationem, atque vulnerum cruciamen, sciens ventura, procedit; quoniam minus pectus angit, quicquid manat à passione, quam à temporis tyrannide.

9 Inter pati & pati posse, patitur dire. Comprehensione patitur, tempore patitur; quippe perpeti vult, vulnerum laticit, verum vulnerari nequit, orto summo ex suspensione dolore, quoniam nequit vulnerari sine tempore; à quo dum vulnus suspenditur, intensius vulnerabatur. Tormenta coram invitabant ad votum, sed frustrabatur tempus usque definitum: & ad vincula, passionem, mortemque selline progreditur, dum tempus amore patitur; quia nulla poena gravior, nec amanti acerbior, quam tormenta habere coram, & tormentorum aspicere tantum fugam.

Cap. 13. 27. *Quod facis, sic citius,* dicit discipulo meditantī prodicionem. Fac, quod facis, & facias cito in angoris levamen. Si mors perpetranda, cito quamprimumque fiat: etenim agrē fert pectus flagrans amore, tempus & tempus in vulnera tolerares: quia moritur, quin moriatur, dum mors suspenditur: igitur ultra poena quae pungit, progreditur nequit, ubi vicem habent mortis, vulnera suavia suspensionis temporis. Hinc patet clarius, cur in cohortem armatam processit Christus. Pridem in hortu cepit pavere & tædere: modo in illos impavidè procedit, cohorti dicens: *Ego sum.* Retorqueatur Ethnicus, lib. 1. *Aeneid.* à v. 592.

Quando vulnus vulneris refrigerium?

Christus vulnus patitur dilationem vulneris.

Resistit, claraque in luce refulsit.
Tunc sic alloquitur, cunctis que repente
Improvisus ait: Coram, quem quaeritis;
adsum.

Ita & in mortem validus? Sanequam vicerat tempus: proceditque in triumphum, minore cohorte militum, quam cruciaminum; quoniam leviora vulnera lethalia mortis, praepenis tyranni perfidi temporis. Ideo dum ita processit, *exiit vincens, ut vinceret:* clara ex morte doloribusque victoria; parva ex tempore, commissa tot diebus pugna: igitur cum maior acrimonia ex ictu dolorum, pro voto, temporis, quam ex sagittis amaritudinis mortis victori victore mortis cessit clarus triumphus, quia pridem vicerat tempus.

10 Intende modum in Lucae periodum; describens Circumcisionis Dominica tractum. *Postquam consummati sunt dies, ut circumcideretur puer.* Postquam? Quomodo post diem consummationem factum; si factum, cum compleverat? Dies consummati post circumcisionem pueri, non ante: qua ergo lege legem postea consummavit, vel antequam venas filae aperiret, & vulnus in carne faceret? Quomodo passus, qua necdum passus? Amore iam pertulerat avidè pueruli pectus. Tempus differrebat vulneribus ostentare hominibus charitatem: pausante isthanc dierum vulneris designat consummationem; quoniam acrior dolor ab ipso tempore, quam ab insigendae circumcisionis dolore. Quousque coruscet octavus in circumcisionem dies, haud nota vulneris, quia non vulneratur corpus: cor in amante patitur toto tempore vulnus: longè vehemens in praedictis, quam in pellicula carnis: equidem cum corporis conficiat lapideus gladius, & cordis perficiat tempus; inter vulnus & expectationem vulneris, maior à tempore vis doloris: maior profecto, quippe vulnus die infans patietur octavo; & amor eius vulnus ante vulnus passus per dies octo. Multiplicata sunt vulnera amoris causa, & tempus *conscidit vulnere super vulnus;* quippe vulneri amoris vulnus circumcisionis addit tempus. Iccirco ab Evangelista non refertur vulnus circumcisionis, sed tantum in circumcisionem distantia temporis: igitur praetulerat amor, levis profecto circumcisionis dolor. Exiit vincens, ut vinceret, dum octavo die in circumcisionem pupus processit: iam enim dolorem circumcisionis pertulerat, quem per

Virgil.

Leviore vulnera mortis, quam in illa suspensio temporis. Apocal. 6. 2

Luc. ubi supr.

Cur maius vulnus temporis, quam ipsius circumcisionis?

Iob. 16. 15.

per dies octo sollicitus expectaverat. Videte praeciatum amorem.

Tibull.

Quem celer afflucta versat ab arte puer.
11 Adhuc perpendendum *Postquam,* quandoquidem vel post vulnus infans, quia leviter saucius, ostendit amorem flammam. Vulneri circumcisionis inhiabat, & adhuc cura fatigat? Activus amor est. In Sole ponit tabernaculum suum, cuius hanc cessatione motus. Sine errore

Ovid.

In nulla sede moratur amor.
Eius propositum, in circumcisione vulnus ut sanguine effusio amoris etiam tunc videretur excessus: tuncque magis in ulteriora moveret, quia leviter vulneratur. Arbitrabatur amor tanquam opportunitatem, sanguinis vel in infantia praeproperam effusionem; ut actutum per incogitata ab hominibus obsequia, tota cordis praestans claresceret flamma: scenaque ab amore cupita excitavit maestitudinem; quoniam sanguinis guttulis tantum apparuit specimen. Sanguis eius pretium erat & lytrum pro excutienda servitute hominum, simulque infirmitate; quae minimè expellenda, nisi per Verbi incarnati vulnera: hoc ab illo expectabatur theatrum, tanquam amoris vehementissimi studium; vulneraque voto fraudatur, dum voto potitur; quippe si in vulneribus cupiebatur dilectionis demonstratio, occurrit tantum ad vulnera circumcisio. Plus avert, quasi mortis tempus esset.

Idem.

At peragit solitos communia tempora motus:
Santique magis vita tempora longa.
Pater.

Hic vulnus de vulnere, & non de vulnere dolor, ubi in vulnere vulnus cordis aperire intendit amor: etenim in motu, cordis impulsu, cordi non videtur demonstratio velle effundere flumen sanguinis è venis, & illam illic tantum exprimere guttis.

Levit. 14. 6.

12 In ritu purificationis leprosi, obijciunt typos purificationis Mundi, sanguine sacro Salvatoris N. Coram Sacerdote duo passeres offerrebantur, ex quibus immolabatur unus, & alius in aera mittebatur vivus, & salvus, sed passeris immolati sanguine tinctus. Ad *Levit. 14. 4. v. 4.* En umbra, quae in passione & circumcisioe fuit à Christo illuminata. Patri in utaque offertur Christus, effundens sanguinem, ut lepra infectum emundaret hominem. Infans circumcisioe sauciatur, in cruce totus sanguis è vulneribus effunditur. In utroque tractu sanguinis effusione, intendit amoris studium, amorem cordis

Tom. V.

ostentari per obsequium; ceteram in circumcisioe angitur. Angitur? Unde dolor? Ex vulnere? Neutiquam, sed ex vulneris tenore. Ex quo natus, avidè cupiebat propter vulnus, circumcisionis tempus. Hocciat, ut ardeat amanti, labitur. Consummati sunt dies, ut puer circumcideretur doletque intemè in ipsa meditata circumcisioe; quippe intendens in totius ex vulnere sanguinis effusionem, duntaxat decreto temporis egrediebatur guttatum. Ad filicem Sacerdotis pro vulnere amore percitus pervenit, & non de vulnere, sed de non vulnere dolet, qui quarebat propter hominis libertatem, vitæ è vulneribus finem: vulnereque, dum iuxta ritum circumciditur, pra amore in hominem fatigatur; quia quò depositus amoris excessivi demonstrationem, micuit amoris specimen: igitur qui sacrificatus ab amore totus, dimissus liber guttis sanguinis tinctus. Huiusmodi à dolore libertas erat amanti cordi captivitas: equidem illi parva videbatur dilectio, ubi duntaxat in vulnus apparebat circumcisio. Amanti quidem dolor vel sauciore maxinus, nisi effundatur è corpore sanguis totus.

Non de vulnere, sed de non vulnere doluit.

13 *Tristis est anima mea usque ad mortem,* dixit dilectioribus discipulis 38. Christus Dominus, Patrem ante passionem oraturus. Non pro morte, sed *Usque in mortem,* inquit. Intemè dolor usque in animam torcit. *Usque* profecto emphaticum, signans eius dilectionis abyssum. In morte quiescet, qui usque in mortem dolet? Si propter sanguinis effusionem; ante mortem occurret cordi languenti solamen: fiet enim in oratione sudor propter cordis angustiam, *sicut gutta sanguinis decurrentis in terram;* ita ut madida, imò ebria sacra vestis stillis copiosis sanguinis: quo responderet interroganti Prophetae, *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* iam votum obvium. Imò maius è sudore tormentum: igitur cum propositum in amoris legem, totum profunderet sanguinem; amanti sicine grave, quod egredierentur gutta. Hinc usque in mortem tristis. Dolor maior, quia extremus, non est ex molestia mortis? Sanè: cur ergo mæret, non ex illa, sed usque? Sanguinis arbitratur exiguitatem, quicquid è venis effuderat, sudaverat illudque: in cruceque suspensus collocat gaudium, ubi totum desiderium; igitur ruptis tunc omnibus corporis venis, quæ gutta pridem apparebunt fontes.

Luc. ubi supr.

Isai. 63. 22

An sudor sanguinis Christi ex angore, vel angore re guttis sanguinis?

14 Uterius. In morte letabitur, qui modo merore pungitur. Letabitur dolore non mortis utcuque,

Sed qua non ulla cruenta
Tantum mortis habet?

Lucan.

Leve amant
si videtur
Specimen, ni
pro dilecto
effuderit te-
tum sangui-
nem.

Letabitur, Mors utique tristis, sed crescit toto sanguine vis amoris. Unde cum intuitus sit totum pro homine effundere sanguinem, quod nanciscetur per mortem gaudebit vel in extremo dolore, qui tristis est mortem usque: quandoquidem mortis laetabit tormentum, rocius sanguinis profusionis gaudium. Causa subest. Vel fuso sanguine tot passionis tractibus, gaudium non explicat: duntaxat in mortem exultationem indicat, cuius anima fovet multitudinem, sed duntaxat usque ad mortem. Intendite. Illico ut mortuus in cruce Iesus, terra pro dolore mota est. Montis concussione quicquid sanguinis latebat in sinu venarum, egressum profudit per scissuras vulnerum: & usque in mortem qui moelus, in morte obijcitur gaudibundus; quia per montis vacillantis concussionem, totum expendit in lytrum generis sanguinem. Incircò Augustinus ferm. 23. de Tempore. asserit, Christum sanguine passionis ostendisse lytri pretiositatem, circuncisionis vero sanguine demonstrasse amorem; cuius vulneris pater magis ex non vulnere, & ex amoris dolore: igitur si gaudet, uti in cruce, eius amor, quia totius sanguinis sanor; amanti siccine dolor, velle ostendere per vulnera amorem, nec totum posse vulnere expendere sanguinem. Amorem vehementiorem ostendit, dum vulneris parvum oculavit: circunciditur, cuius desiderium mori, atque cruore hominem liberare. Lege suspenderit, & tunc flamma pectoris magis exprimitur: igitur maior amor ostenditur in hominis libertatem, quia non poterat, prout erat, infans ostendere amorem. Ignescant vel frigida corda caelesti pueruli flamma.

Unde Chris-
to gaudium
extremum
moris tor-
mentum?

Ante quare
in circuncis-
sione magis
effulsi?

Tibull.

Obsequio plurima vincit amor;
Dignus amore puer.



DIDASCALIA II.

Aestimabilior virtus ante
tempus.

Primordia occurrunt Parentum
Benedicti, & eius germana
omnino fororis dilectissima, electissima
Scholastica; obvia praeperere animarum
perfectione.

Prima est fortuna duorum

Nascentium, atque Patrum, quae celi
condita pars est:

Asperum erat tempus.

Ut aliò accinit Manil. 2. Astron. cap. 16.
v. 25. Huius gloriae nullus finis est. Proxi-
mi Deo. Ab infantia surgit ingenium: in-
quit M. Seneca. Suasori. 2. Gloriam in-
genio utique quam signat magnam, excogitavit exiguum: gloria aestimabilior ante
infantiam. Vel in semine notum, quid
erumpet in artibus & quid in rosas. Clau-
dian. 4. Paneg. Honor. a v. 228.

Difce orbis, quid quisque sibi, cum conderet
artus

Nostros, aetheris miscens terrena Prometheus,

Synceram patri mentem furatus Olympo.
Continui clausuris.

Orbis difce, verum quid! Portentum
orbis, vel in maternis clausuris cum vigil
natura conderet artus; siquidem isti sunt
femen, cui benedixit Dominus. De ma-
tre Samuelis dicitur: Laetavit eum, donec
amoveret eum a lacte. Tunc filium Deo
dicat, & non prius; quoniam in infantia
devotionis asperum tempus; virtus fult in
Samuele, vel ab ubere semoto: praestan-
tior utique effulsi in Benedicto: igitur Deo
devovetur priusquam sit, non a matre, sed
a se: & insuper ut rutiler singulariter vir-
tus, Dei fuit antequam lactatus. Preven-
tum in utero Numinis gratia (ait Buccel-
lin. in Menolog. die 21. Mart.) psallere in
utero auditum. Vide dicta, Tom. 1. T. 4.
D. 14. & Tom. 2. T. 3. D. 4. Apposite ingenium
Chrylogi, ferm. 91. Antè (inquit)
pervenit ad caelum, quam tangeret ter-
ram: antè accepit divinum Spiritum, quam
haberet humanum: antè suscepit divina,
quam corporis membra: antè cepit vivere
Deo, quam sibi: antè aciem petiit, quam
lucem; & ut vinceret mundum, vicit an-
tè naturam. Exultat in utero. Ipso thala-
mo matris in Dei laudem geminorum ho-

Mare. Sen.
Maior vir-
tuti plausus,
dum ante in
fantiam est
virtus.

Claudian.

1. Reg. 1. 23

Buccel.

Chrysol.

Benedicti &
sororis musi-
ca mirabilis
in utero ge-
nitricis.

tum audiuntur voces. In alijs non laudis
amor, sed tacite mentes, & corpora tar-
da; ut conficiatur sine voce vocum, har-
monia. Mole valent: at (retorquendus est
iterum Manil. d. lib. 4. cap. 1. v. 152.)
Mollis est geminis studium est, & mitior
etas.

Manil.

Per varios catus, modulataque vocibus ora.
Chorum in Numinis plausum hi gemini
formant, dum formantur; in quorum
musica singulare prodigium: quandoqui-
dem nil mirabilius, quam in infantibus
ita melodia ante tempus; ut gratia possint
canere, quia natura possint loqui.

Psalm. 25.
3. v. 7.

2. Praevitit Pfaltes Regius, quid si-
gnaret huiusmodi nova vox; dicens Do-
mino: Misericordia tua ante oculos meos
est. Quorsum huius gratia stemma, ut
illam ceu gratia summum intendant lu-
mina: Ut audiam vocem laudis, & enar-
rem (inquit) universa mirabilia. Non ut
vocem laudis proteram, sed ut audiam.
Nec dicere, nec audire Davidi novum;
cum voces quotidie laudis diversis mo-
dulis resonarent intra templum. Prorsum
è vocibus singulare, quod cupit David
audire: siquidem inauditum in voce,
audiri genitricis tacito in thalamo, qui
plausus sonos resonant tantum in tem-
plo, Vocem laudis. Preciositas vocis quae
pendet à singulari laude, plus aestimatur
ab Ubi. Maiora momenta accipit à loco
& tempore. In matris vulva quiescit Be-
nedictus cum Sorore. Ibi nulla subest vox,
ubi aer percitus non est: diciturque vox
mirifica laudis, à loco & tempore infi-
gnis; quippe excedit vocum modulata-
rum preciositatem, sine voce in enco-
mium audire vocem. Vocem laudis, ut
mirabilia Dei palam obijciantur oculis:
igitur mirabile prorsum est, quod voces
laudis audiantur, ubi nequit esse vox. Mi-
rabilis sane vox sine instrumentis ad vo-
cem: mirabilior vox in laudem, quippe
exigit cognitionem: & dum huiusmodi
vocem auribus dulciter haurit, mirabi-
lia Dei Regius Pfalmita proponit; quoniam
audire infantium voces, in Dei
Conditoris laudes, intra viscera mater-
na, non miraculum duntaxat, sed in uno
singulari universa mirabilia. Ut audiam,
& quam mirabilis sis in Sanctis merito
promam: equidem nihil inter miracula
mirabilius, nec auditui avido suavius;
quam videre infantes fantes, ac in utero
matris laudes canentes.

Ex vulva
formantur
templum.

In quo mi-
versa mira-
bilis.

3. Si coeli enarrant gloriam Dei haud
silebunt Luna & Sol. Soula in 38. Job. v. 7.
accinit:

Cum primis Dominum ferrent me laudibus
astra

Matulina suum, letis & vocibus omnia
Aetheri cives, cum catus iubilat ingens.
De quo Nos late agemus Tom. 7. Tautolog.
8. ad illud Eccli. 24. Gyrum caeli

Psal. 148. 3.

circuoi sola: & hic Tautolog. 10. à num.

26. Hocine intuitu inquit David: Lau-
date eum (Deum videlicet conditorem)
Sol & Luna. Idem videris apud Dancielem
cap. 3. 62. Verum, inquires, quanam &
qualis ex his vox in laudem Dei? Promam.
Primo saeculi die simul cum luce fuisse
creationem Solis & Lunae placuit D. Thomae
in 1. Genes. v. 16. Ita ut usque in tertium
diem illa corpora, etiam lucis cursum ha-
berent, fulgores haud informarent.

Calorum
harmonia.

Iam tribus exactis motu succensa citato,
In flammis ignisque globum se cogere iussit

Mar. Vi. 8.

Solis prima dies, fundat aequae semina lucis,
Lunaque noctis honor.

Uti modulatur Mar. Victor, lib. 1. Gene-
sesos, v. 96. Ante incorporationem lucis
erant Solis Lunaque corpora; sed quae si
non nata, quousque lucis inhaerere forma.
Modulamina primae lucis sequebantur:
tuncque Laudes Solis & Lunae singulariter
plauduntur; quippequam in melos cunctu
protulerunt vocem, priusquam prodirent
in lucem. In ortu habebant corporis exi-
stentiam, seu esse perfectum, utpote
lucem formatum, & informatum: carcerum
ante lucem, corporum praesentibus imper-
fectionem, quia protunc musicae quasi
incapacia: tuncque Solis & Lunae auribus
blanditur musica; quoniam horum resonant
suavis mirabile melos, ex imperfectis
corporibus.

Cur suavior
Solis & Lu-
nae?

4. Quod de partu Luscinae cecinit
Simmias Rodius in Ovo Mercur. aptè ca-
dit in partum Abundantiae.

Eiebat sonitus vocem adusque summum.
Canorus quidem vel in utero partus casta

Simm.

Luscinia.
Partum signat, & non ex utero, sed ad
modulamen in utero meditato demon-
strat: etenim voluptuosius carmen ac in
musicam dulciorum, quod nascerentur
ante nativitatem. Sol Lunaque in celo
nostro fulgent gemini & gratia & natura
fratres in & ex utero Abundantiae genitricis.
Ibi ut in vita lucem prodeant, existant,
at laudes Conditoris aternis vocibus modu-
lantur. Laudant ergo Sol & Luna Do-
minum, quorum suavissimum canticum:
igitur corpus melode vocis percipit dul-
cis

Insigne, cor-
pus vocis si-
ne corpore.

is auditus, quin in vocem adit corpus. In utero corpora sunt imperfecta, ob cuius intuitum abscondit caute natura. Mirabile sane carnicum in infantibus post ortum. In Sole & Luna sub silentio audienda nova: meritoque signantur in huiusmodi voce universa mirabilia, illorum audiri carnicum, atque cantici voces priusquam venisset tempus nativitatis. Corpora perfecta necessaria, ut vocis sint instrumenta: alias ut dicit Manilius, d. format

Manil.

Gracilis lugentem sonum.

Necessaria, at magis placidus hymnus in mulcimen aurium, ante perfectionem corporum. Perfectum etiam, in imperfectione temporis, signat fastigium virtutis: quandoquidem commendabilior virtus, quando virtus ante tempus. Tempus horum illustrium, Solis & Lunæ, non erat vocis, sed taciturni silentij: verum nova patranda, dum formatur Sol & Luna, profectio nova, quod in corporis imperfectione non solum audiat vox, sed summa perfectio in vocibus laudis Dei. Te decet hymnus Deus: dicitur à Davide. Hebr. Te decet silentium. Vide Tom. 2. Tautol. 3. Didasc. 5. Haud implicat Dei in laudibus hymnus & silentium, ubi utriusque & gratia & natura signant locum, pro commodatione melodia Solis & Lunæ, facta mirabili voce; siquidem hymnus illorum sonat in genitricis utero, ubi alij iacent quasi sepulti in silentio.

Psal. 64. 2.

Prognostica futurae virtutis.

Claudian.

Ambrosij Platonis & Aditridatis.

Ovid.

Cur virtutis dicitur in genium coarctasse

5 Signantur multoties vel à principio temporis, qui futuri singularis. Ambrosium eloquio suaviorem Platone, impfumeque Platone designarunt apes. Canit Claudian, d.v. 380. Sic mollibus olim

Stridula ducturum pratis examina regem Nascuntur venerantur apes, & publica mellis

Iura petunt, traduntque favos.

Videtur plura apud La. Zerda in Vita Virgilii, cap. 1. & 4. Georg. v. 152. num. 8. Mithridatis, cum adhuc infantulus in cunis vagiret, delapsum fulmen fascias, quibusolvebatur, exussit; neque tamen crimen lasit. Adi Muretum, 1. Var. Histor. cap. 2. & Caull. lib. 1. Symb. 19. Sic alia, de quibus alibi. Virtus gloriosus Benedicto & Sorori contigit ante diem.

Ingenium celeste suis velocius annis Surgit, & ignava fert male damna mora.

Proterit mensuram temporis in dolens pretiosa virtutis: equidem si magni ducitur allequi perfectionem ante diem; plurius

profecto ante nativitatem. Notanda verba Senecæ, ut subsistat eximia perfectio cogitatione impossibili. Cacuimen radicis loco ponis. Siquis dixerit illum in materno utero iacentem, vixque incruptum, tenerum & imperfectum & informem, iam in aliquo bono esse; aperit videretur errare. Atqui quantum interest inter eum, qui cum maxime vitam accipit, & illum qui maternorum viscerum latens onus est? Uterque quantum ad intellectum boni ac mali, æque maturus est: & non magis infans adhuc bonæ capax est, quàm arbor, aut mutum aliquod animal. Tunc ad bonum perveniet, cum ad rationem pervenerit. Ita Epist. 124. Ignorat Seneca, quid & quantum valet gratia. Miratur intra claustra maternorum viscerum, non tam boni initium, quam ipsimet bonum & bonum perfectum: etenim qui penè informati, genini consueunt laudes; dum alij in materna vulva tacent iacentes. Onus sanequam sunt ventris, cæterum non onus latens: quandoquidem lateat corpora, sed nequaquam vocem musica. Si bonum tunc perfectè cognoscitur, ubi in rationem tempore pervenitur; maioris plausus illo in statu fuit hymnus: etenim musica pervenerunt ad perfectionem rationis, etiam in utero matris. Non absurde, sed ad unguem quadrat carmina Claudiani, in Panegyri. Probrini, proavè Benedicti & Scholasticæ. Ita ergo succinit v. 66.

Non anxia mentem Spes agit, & longo tendit precordia voto: Copiis quo finis erat: primordia vestra Vix pauci meruere senes, metasque tenetis.

6 Altruit Sapiens: Consummatus, in brevi explevit tempora multa. Haud facile conciliantur tempora multa, & brevitatis temporis: quomodo sicine in brevi consummatio perfectionis? Deinde: senectutem efformant tempora multa, non brevia: quo ergo pacto consummatio virtutis in senectute, dum plauditur perfectio ex temporis brevitate? An quia senectus venerabilis non quæ diuturna, nec quæ annorum numerum computata? Est paer centum annorum, & infans diuturnus, dum in utero matris cum Sorore miratur continenter Benedictum: equidem qui diem brevissimo spatio fruebatur infantia, expleverat iam perfectus virtutis tempora multa. Haud dissident in perfectionem virtus & tempus, senectutis protracta tenor, & infantia imbecilli-

Senecæ

Virtuti plam si. si precox.

Quanta gratia vel in utero musical.

Claudian.

Sapient. 4. 13.

Excellentior virtus perfecta in infantia.

Isai. 65. 20.

licatis vigor; cum in infantia Benedicti videatur, quod in senectute perfectorum non videtur: iungunturque senectutis tempora multa, simulque respectu ætatis brevis infantia; quoniam infans tetigit metas altissimæ perfectionis, quò vis pauci temporum cursu pervenire fenes. Maluend. Sanctificatus, brevi implevit tempora multa. Per gratiam senes perveniunt in perfectionis virtutum cacumen: & in brevi miratur Benedicti perfectarum virtutum consummationem (præcellentis in infantia senes, qui fastigium longo tempore attigerunt perfectionis) ut constet è singulari gratia, quam alta infantis primordia: equidem in senectute consummate perfectus, qui in utero matris brevi effulget sanctificatus. Adis Gregor. Magn. 2. Dialogor. cap. 1. & Angel. Magilr. 2. 2. quæst. 189. art. 1. ad 2. Quodlib. 5. art. 1. ad 1. & Opus. 17. cap. 7. & 16. Mira fabulati sunt Ægyptij de Iside

Maluend. Unde Benedicto in infantia consummata perfectio?

Platarch. Isidi & Osiridi ann.

Benedicti & Sorori unde nova musica.

Aul. Gell.

Cant. 8. 13.

Platarch. Isidi & Osiridi ann. Antequam maternâ alio prodissent, mutuò se amasse: inquit Platarch. libell. eiusdem tituli, ex quo Kircherius in Obelise. Pampbil. lib. 3. cap. 5. Ex hoc amore mutuo quid? Quod Osiris esset Sol, & Isis plauderet Mater-virgo, uti asserit Anonymus in Addition. in Mytholog. Natal. Comit. cap. 14. Maiol. tom. 2. colog. 1. Nos Tautolog. præced. num. 130. & in Ephemerid. fusè. Mater Virginum virgo dicitur Scholasticæ, comprobante fratris Regula. Benedictus Sol Occidentis, lucem emittens suæ primæ perfectionis; ut utriusque pateceret amor in utero genitricis: igitur in perfectionem ex utriusque concordia, acordis illorum ibi audita nova musica.

7 Cuius igitur index, dum musica latens? Egregiam musicam, quæ sit abscondita, eam esse nulli rei: ait Aul. Gell. lib. 13. Noct. Attis. c. 29. Quia occulta musica, amplius Conditoris grata. At unde modulorum modus, ita consonus auribus? Dicit Sponius: Quæ habitas in hortis (amici auscultant) fac me audire vocem tuam. Pende. Auditus profectio in non surdo necessarius: qua lege non à voce, sed à canente dependebit vocis sonus? Si amici auscultant; auscultet, & vocem audier: quare ergo prolata voce, dicit; vocem fac me audire? Musicam publicam audit, qui audit: occultam, egregiam duntaxat audit, qui vocem intelligit. In vocem nequaquam etiam audiens intendit, si vox displicet: aut, vox gratiosa quippe placet: & prolata voce, ait Amasius, Fac me au-

dire: quoniam non placet musica, si musica sine gratia. Clarius: Est musica occulta, quæ auditur tantum à Deo. Auditur, quippe exauditur. Hanc cupit ut audiant, qui amici vocem auscultant: etenim si vox est index occultæ in anima vocis, & placet, quoniam vox laudis; amici qui auscultant, per efformatam harmoniam, in canente cognoscunt occultam gratiam. Musica occultæ nullum esse respectum: dicebat Nero, uti in eo, cap. 20. notat Sueton. Amicis non videbatur ullus harmoniæ occultæ respectus, quoniam respectus sicut musica occultus. Nequibat intelligere nisi articulos vocis, latente principio originis. Versus Deum ac Olympum, summum habebat respectum: quandoquidem occulta illa singulari musica, constabat ita canenti è cælo collata gratia.

Musica gratior ex gratia.

Sueton.

Cur summè accepta Benedicti & Scholasticæ musica?

Sapient. 1. 7.

Lorin.

Ex qua vocis mirifica scientia.

8 Spiritus Domini replevit orbem, & hoc (Alij Qui) quod continet omnia scientiam habet vocis. In propositum nostrum Lorin, hic subdit: Spiritus S. qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; imperitus est orbi divinarum rerum cognitionem. Elucet theatrum Benedicti & Scholasticæ infantium; in hunc mundum, uti cæteri Adami labe, venientium: etenim si in vocem occultæ musicæ sono, Spiritus S. videtur illuminatio scientiam habent vocis etiam in utero matris. Ubi nec vox scientia, scientia vocis mirabilis. Hinc huiusmodi scientia continet omnia: igitur lucet ut summum inter miracula, audite vocem infantium, in matris vulva canentium. Ibi à natura constituti sub silentio; ni à Spiritu S. fiat mirifica illuminatio: at illuminatio constat, quorum vox orbem illustrat; siquidem in utero genitricis non possunt scire musicam, ni habent de cælo gratiam. Cognitio præpes celestium claret audientibus, ex prolatae vocum. Oritur hymnodia ex interiore letitia, qua cor exultans erupit harmonia: gratiaque videtur ducti in huiusmodi insigni modulatione; igitur si Spiritus Sancti tunc abellet illuminatione, nequibat esse tam plena rerum celestium cognitio. Post cognitionem addit Lorinus: Spiritus S. ad sui participationem pertraxit ac rapuit. Participatio Spiritus S. fit per gratiam, qua uterque veniens in hunc mundum proruit in musicam. Ad se infantes pertraxit, cognitionem ultra ordinem naturæ concessit: hand aliquid clarius signum nisi vox, qua præpropere cognitionis index est: equidem si uter-

uterque in plausam Conditoreis gaudenter concitatus; iam participes sui infantem per gratiam traxerat. Hac est scientia vocis, ex munere gratia animas sanctificantis; qua illuminantur vel in matris utero, qui ut singulares ostenduntur a caelo: & non tam illorum signatur vox, quam vocis scientia; quia si vox a natura, scientia vocis a gratia. Respicit surgentem in primo cardine luctum: Fulgidusque, signatque suas pro nomine vires.

Manil.

Plin.

Statua Harmonica Memnonis.

Kuvenal.

Pier. Val.

Ioann. I. 9.

Benedicti et Sororis vita ex utero illuminata.

Luc. I. 41. & 44.

voce. Si lux est, auditur concentus musica; si musica in matris utero, sine dubio vox est gratia: igitur sine gratia Solis in corde nascens, haud resonat plectrum cordis.

10 Decantatissima etiam est turris Megarensium, qua turris harmonica; quippe non secus insonaret ac Lyra; uti observat Pausan. loc. cit. Causam designat Ovidius, 8. Metamorph. fab. 1. a v. 14. Regia turris erat, vocalibus addita muris,

In quibus auratam proles Latonia fertur, Deposuisse lyram: saxo sonus eius inhaest. Gratia per lyram designatur in sacris. Vocem (ait Ioannes) citibaredorum citibazantium in citibazii suis. Iam ergo gratia ex cithara habebat indicem, ubi corda exultabant in gratitudinis vocem: igitur iuxta Augustin. de Tempor. serm. 256. Vox cantoris fervor est sancti amoris. Sol verus ex luce Dominus Iesus, qui voces in infantium misit cor, cui quidem sonus eius inhaest, dum in ventre genitricis illuminavit: ibi praesens affuit, quum musica sonuit: etenim si erupere infantes in singularem harmoniam; signum profecto, in illis Solem deposuisse lyram. Statuae vocales sunt, quippe ibi constitit Sol. Ibi caelestis gratia; ubi non tantum vox, sed etiam musica. Praesentia Solis,

Signa primave nova sanctitatis. Canit Bertharius in Vita Benedicti. In utero nae pra illuminatione perfectum, quem post instituerunt chorum. In hisce enim geminis (ait Hastenus prolegom. 14. vita SS. Patriarchi) velut duas gentes, duplicemque in utero abundantiam portavit populum: Monachorum scilicet & Sanctimonialium innumerabilem numerum, a duobus hisce S. Benedicto & S. Scholastica mundo celesque propagatum. Materno clusi in utero chorum velut crexerunt; illoque formato primavam sanctitatem indicarunt, astructa musica ex concessa cito gratia: siquidem ubi infantium ita suavis modulatio,

Credibile est, Pbebo didicisse magistro, 11 Minerva Sapientia plauditur, maxime quando in harmoniam redigitur. Demetrius statuarius (inquit ex Plinio, lib. 34. cap. 8. Natalis de Comitib. 7. Mytholog. cap. 16.) Minervam vocatam Musicam scilicet ex ere: cuius in scuto dracones erant ita formati, ut ubi percuterentur, sonum citharae per similem emitterent. In altiore mythologiam redigendus est sensus; ut constet, quanti habendus gratia

Turris harmonica.

Ovid.

Apoc. 14. 23.

Augustin.

Benedictus et Soror per illustrantem gratiam dicere musicam.

Berthari.

Hastenus.

Instituerunt in utero chorum.

Ovid.

Nat. Com.

Dracones Minervae Musicae.

tae sonus. In utero iacent infantes infecti felle draconis: natura igitur filij sunt ira, filij gehennae, filij poenae. Hinc eximus plorantes in mundum, quasi lachrymis proficentes haustum venenum. Quod quidem vel Ethnici cognoverunt. Plin. Proem. lib. 7. Plutarch. de Pietate erga fratres. Senec. ad Polyb. cap. 23. & Epist. 102. Alian. 8. de Var. histor. cap. 14. & Lucret. 5. de Rev. Natur. a v. 224. Si auditur imbecillis gutturus caelestis musica, adest profecto Minerva, quae scientiam habet vocis, & difertos per illam facit infantes: plauditurque uti par est, artificium, dum auditur quasi impossibile canticum; igitur mirum, musicam edere in genitricis utero, qui debebant infecti lachrymari pra veneno. Ubi percuterentur dracones, sonum citharae per similem in scuto emmitterent. Iam metamorphosis facta, prolata a puerulis musica, & assitente Minerva: etenim si musica in matris utero, sanquam ictus iam effugerat draco.

Caelestis musica a gratia

Musica in viperarum venena.

Textor.

Iam illuminati gemini, priusquam orti.

Plin.

cap. 1. Omnes musicae artis hac quoque ostentatione censentur. Non artis hi dulcissimi gemini intendunt ostentationem, sed quid invenerint per musicae artem: equidem in peritia sua (Raban. & Lyra: in pueritia) requirentes modos musicos, & narrantes carmina; facti divites in virtute, insolita vobum infantium harmonia: miraculum claruit, dum draco & morsus viperæ fugit: quandoquidem notum alternæ concentu musicae, iam habere de caelo, quanvis pupi, gemmam gratia. Biblia Antiq. aliter legit: Imperitia sua requirentes modos musicos. Peritæ & imperitæ: apte, respectu temporis ac respectu gratia: imperitia ætatis, & peritia virtutis, quo plus micaret prodigium, musica infantium loquentium: igitur maius in commendationem perfectionis; peritos vocibus esse, quum magis viderentur incapaces.

Ecclesi. 44. 58

Raban.

Bibl. Antiq. Prior gratia gemma quam appareret vitia.

13 Astruat articulum Sapiens, dum Pharaonem suffocatum absorbit gurgis. Premebantur filij Israel sub tyrannidis ingo, sed pressa a Domino oppressio: in voluti cuncti quidem vorticibus maris fuerunt, descenderunt in profundum quasi lapis. Qui salvi ex mari, cuncti Israelitæ erupere in melos, quo Salvatoris plaude-ret triumphus. Decantaverunt Domine nomen sanctum tuum, & vittricem manuum tuam laudaverunt pariter. Hinc dicitur Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est. Summus utique triumphus, quo Deus apparuit magnificus & gloriosus. Elucet utique victoria inclinata, sed in grates alia a Sapiente spectabilior exponitur gratia. Quoniam sapientia (inquit) aperuit os inutorum, & linguas infantium fecit disertas. Magni sane canticum, sed plurius æstimandum instrumentum: & dum canitur victoria, expeditè diserta signatur mutorum infantium lingua; quoniam victoria ita insignis, ut dicerent vel infantes. Sanè non mirum, quod plauderent manum, potentiam vidicem, qui quibus ratione gauderent: infigere prorsum, quod qui vel loqui nescirent. De dicit vittricem manum, ubi infantibus ante tempus confertur eloquium. Quoniam ergo concordia inter hancine Dei celeberrimam victoriam, & infantium, potentiam mirificam extollentium, disertissimam linguam? Aliquos naturaliter mutos: loquendi tunc facultatem supernaturaliter accepisse (inquit Dionys. Carthusian. hic) atque in quibusdam infantibus anticipatum linguæ usum. Videtur etiam

Ecclesi. 44. 58

Raban.

Bibl. Antiq. Prior gratia gemma quam appareret vitia.

Sap. 10. 24.

Exod. 15. 14

Sap. 10. 24.

Victoria sua blimis quæ dicunt in infantibus.

Dionys. Carth.

Singulare alexiterium designat Theophrastus in morsum ac venenum viperarum, de quo aliqua dicemus, Tautolog. 10. D. 6. n. 11. Promit Ravinius Textor in Officin. lib. 7. cap. 40. Legitur (ait) in Theophrasti monumentis, viperarum morsibus tibicinem scite modulantem adhibuit medicari. Vipera originarie labis mordet omnem hominem venientem in hunc mundum, morsuque vomit venenum. Huic obnoxia conditio hominis, sed in musica expressa libertatis insignia: igitur cum virus ingerat lachrymas (quoniam vel in exordio patet captiva libertas) dum in ictis veneno auditur modulis canticum, signum profecto iam expulisse venenum. Dracones & viperæ in scuto sunt cuiusque, ab humana confecta & infecta conditione. Aliquid singulare videndum in Sorore ac Benedicto, suffuso in animabus viperarum universali veneno; quoniam ante tempus draco percussus, ac in fugam actus, dum ab infantibus editum musicae melos, utroque ostentante scutum in suavitate mirifica vocum: siquidem est utrumque vipera percussit in hunc mundum venientem, non signarunt in hunc mundum exeuntem: innotuit perspicuo per auditam musicam, priusquam exirent, collatam caelestem gratiam: igitur quos venientes draco in declinabilis dente virulento percussit; exeuntes Christus mirificè gratia datâ illuminavit. Moris erat Musicis precibus, gestare gemmam in ostentationem artis; ut observat Plinius, lib. 37.

Tem. V.

H h

Ala

Alapide. Aurea sanè victoriorum Dei insigniter plauditur, quàm usus linguæ pupis ante tempus gratis conceditur; quoniam concessa infantibus lingua, patebat cunctis in illos supernaturalis gratia: etenim si victoria decantanda, quoniam inimicum vicit; plus, quòd in victoriâ signum, voces infantia concederet.

14. Victoria singularis nobis obijcitur, quùm puer Benedictus cum Sorore intra vulvæ septa clauditur, Summerfus constat tyrannus, si à pupis plauditur triumphus. Unde trophæum? Ex modulamine vocum: supernaturaliter namque data loquendi facultas, igitur gratia fecit linguas infantium disertas: triumpho Dei mirificè plauso, ex concessio linguæ usus equidem haud infantium imperitia proferret in grates musicam, ni reportassent de peccato victoriam. Nunquam magis victrix Domini manus, quam ubi animæ suffocatur inimicus: sub cois dira tyrannide genit etiam ab origine, exprimens fletibus captivitatem, quippe subivit tenebras ante lucis fruitionem. Benedictus & Scholastica exultant gaudio, in genitricis Abundantiæ carcere, utero. Gaudium illic in natura culpæ obnoxia, haud potest emanare nisi à gratia: victricemque manum Dei infantium declarat ex vulva metrica vox; equidem obzari nequâquam canerent, ni culpam primam originariam vicissent. Infantes numerosè loquuntur, & alij nomen Dei decantaverunt: Iccircò dicitur, Pariter. Offerebatur plausui victoria & musica. Musica infantium, victoria Dei ex fractione vinculorum (annunciaverunt cœli Dei iustitiam, ut viderent populi infantium gloriam) pariterque in encomium palma victoriæ occurrit, & vox infantium aures suavitate percutit; quippe quàm audientes ex triumpho puerorum vocem, eorum statim laudaverunt laudem. O quàm Ecclesiæ insignes, qui cogniti scientiâ vocis! Omnes qui viderint eos, cognoscent illos. Musica per illos extendâ ad claustra.

Hanc tamen haud quisquam, qui non cognoverit ante, inveniet. O pignora clara, atque Occidentis pariter & Sol & Luna! Si maximi in matris thalamo, quanti & quales in lucis aspectu, Cùm matris onus Lucina beatam Soloveret, & magnos praeferrent Sidera partus!

Dicam ex Claudian. in Panegyri, Illorum

Quid indicet in Benedictis & sorore linguæ usus ante tempus

Victoriam de peccato vantant.

In utero exultant.

Ubi sup.

Lant illorū laudata.

Psal. 105. 11.

Claudian.

Idem.

Maiores. v. 145. Vita vestra abscondita cum Christo in Deo. In Christo vita, quia per musicam innotebat gratia: & vita abscondita, quia in matris utero cordium audiebat musica. Cum Christus apparuerit, vita vestra, & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ergo corda nostra sursum, ut cum illis cantemus canticum novum: novum sanè illustre canticum ex ore ac vocibus infantium, necdum lactentium. Mirabilia fecit Dominus, dum in his geminis claruit præpropera virtus. Pulchrè pulchra Philomela carmina, apud Favian. Stradam, lib. 2. Prolusion. 6. de fidicine & luscina: Miratur fidicem parvis è faucibus ire Tam varium, tam dulce melos, maioraque tentat. Ex inopinato gravis intonat, & leve murmur Turbinat insrosius, alternatque sorore: Usque adeo & tenses animas ferit amulsa virtus.

Coloss. 3. 2. Eorum vita quomodo abscondita? Pfil. 97. 1. Miraculum infantium necdum lactentium.

DIDASCALIA III.

Magni refert, ferre magna.

Sententia est Novarini in Umbra Virgin. Excurs. 99. num. 913. Gloria enim etiam surgit ex pena; uti ex certamine gloriosa victoria. Unde vel vulnere cicatrices cedunt invite invenustate corporis: magnique refert ferre magna, quippe quæ lata atque perlata, decora. Dicit vel Ethnicus Satyr. 16. v. 57. Huc labor æquis Provelit, & pulchro reddit sua dona labori.

De matre Samuelis dicitur: Lactavit solum suum, donec amoveret eam à lacte. Cœlum homines quasi ad ubera lactat, dulcedinem torrentis voluptatis demonstrat: sed intendit lactatos ad se trahere, & illos illuc ascendere; quod obtineri nequit sine labore: & quos spe felicitatis lactavit, perfectionibus ab uberibus remonet; ut possint tunc gustare dulcedinem, patientes propter cœlum perfectionem: siquidem amplior in usum dulcedo, ubi vehementior in labore persecutione. Ingens mali pompa est (inquit Stoicus Epist. 14.) ferrum circa se & ignes habet, & catenas & turbam serarum, quam in viscera

Novarini Cicatrices vulnorum, sunt virtutis testimonium.

Iuvenal. 1. Reg. 1. 23

Gloria sar. git è panno.

Scenc.

Scenc.

Va immitat humana. Cogita carcerem & cruces & oculos & unum & adactum per medium hominem, qui per os emergat, septem; & disfracia in diversis alijis cruribus membra; illam tunicam alimentis ignium & illitum & intexam; & quicquid aliud præter hæc commenta sevitia est. Plus proficiunt: etenim nunquam videbit mundus in casu virtutis casum, sed trophæum. Causa illis vivendi fuit, fortiter mori: dicit Philolophi pater, Sualfor. 8. Clara utique ex tot laboribus surgit victoria, qua pro morte immortalis oritur vita. Pulchramque petunt per vulnera mortem. Videmus nunc per speculum in anigmate: inquit Gentium Doctor, quod quidem difficulter percipitur. Visto constat, instrumentum cognitionem stimulat. Si speculum in visionem, inest præsentia lucidæ claritatis; si anigma, involucri confusio; nequit Paulus in felicitatis signum, tam anigma, quàm speculum; quippe gloria, quæ in Empyreis quasi longè cogitatur, in Ecclesiâ militante quasi in speculo videtur. Plaudit quæ militat (ambulans per fidem, non per speciem) Ecclesiam gloriosissimè triumphantem: & ut designet in conformationem conformitatem ad cœlos; hic Servator mundi pronuntiat octo beatos. Merita in hacce sebili vita videntur clara: quasi id anigmate præmia; quippe gradus ad felicitatem, confusio involucri: igitur dum cogitatio beatitudine lactatur, intellectus contradictione cogitationis amittitur. Planè anigma, mundi bona missa facere, & habere, ridere & plorare: possessio & simul spes: perditiones & pax: dolor & gaudium, ac denique mundus cœlum: videturque nunc claritas cœli in harum contrarietatum confusione; quoniam quousque adveniat gloria, gloriæ laborum latentis non percipitur anigma; tunc igitur cognoscent immortales, qui mortales, infelicitate palsa, nonnunquam fuisse felices. Hoc speculum humanitas Christi est: inquit Alapid. Humanitas Christi quæ passâ quæ non passâ. Pertulit gravia & indigna: at gloriose in cœlis regnat, per quæ perulerat. Anigma est felicitas & infelicitas: huiusmodi anigmatis speculum exponitur Christi humanitas; cum cognoscatur quasi lacitans gloria, occurrens in gloria latva gravaminis pena: etenim in laboribus inveniet felicitatem, cum mortale hoc induerit incorruptionem.

Marc. Sen.

Virgil. 1. Cor. 13. 12.

Ecclesiâ militans speculum triumphantissimè

Oryen.

Cur eius operationes dicantur a pigua?

Alapid.

Christus speculum patientiæ & gloria.

Tom. V.

3. Vesta olim templum rotundum, in quo ignis perpetuus, cui præerant Virgines, à Numine dictæ Vestales. Solum Deæ sustinebant Leones: boves coronati apponebantur victimæ, & ministri aderant sacerdotes vulnerati. In culmine templi Virgo erat efficta, quæ ulnis infantem continebat. Vide Vincent. Cartari in Magna Matre, fol. 152. Vesta ignem caelestem designat: unde Ovid. 6. Fastor. v. 291. canit: Nec tu aliud Vestam, quàm vivam intellige flammam.

Viva flammâ, quæ flagrant corda, est ignis charitatis, de cœlo in pectora descendens: ut in mundo lapidibus vivis efformetur templum Dei, quod fulgeat rusticâ divina lux. Leones Apolloli, boves Martyres candidati, ministri (spontè vulnerati) Confessores, inelyta scilicet superantes Virgines, quibus Maestas Domini implet domum, Ecclesiæ Militantis mysticum templum. Unde cum Ecclesiæ decor sit, nunquam satis celebrata, Deipara (à qua maxime Olympi atque mundi gloria) designatur & merito pro coronâ de Virgo virginum mater in culmine templi. Accedamus proposito. Christus ascendit in montem, ut notam faceret hanc ignotam latitantem beatitudinem. Per labores in monem acclive ascenditur: quò magis audax ascenderit, elevatur: igitur quæ videtur facie afflictio; non afflictio, quæ ascendens proprior est cœlo. Quinam mons hic quò ascendit Iesus, ut novam doctrinam prædicaret, inquitur à DD. Hieronym. hic inquit: Putamus esse Thabor. In hoc monte transfurgatus est Dominus; ut hominibus suum corpus ostenderet eiusdem naturæ & alterius gloriæ: & in eodem loco gloriæ felicitas demonstratur, quò labor gravis huius vitæ prædicatur; quoniam gloria, quam fugit fragile pectus, absconditur in laboribus.

4. Astruit N. Sator & Redemptor. Beati (inquit) qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Perpendis Est. Erit, quippe quàm in gloria atque cœlo pena nulla: quæ ergo lege præsentem Christus demonstrat felicitatem, simul designans præsentem persecutionem: An quia felix afflictio, præsentè cœlo? Sic me sublimis agebat Gloria, nec duri tanto sub teste labores. Dicebat Achilles apud Statium lib. 2. vers. 438. Erit, non Est, dum persecutio sit. His mox Regia cœli, Hh 2. Ca.

Templum & sacra Vestæ quibus insignibus.

Ovid.

Cicero Sym. bulant

Matth. 5. 21

Hieron. Gloria in labore.

Vers. 104

Stat.

Sedal.